PETRUS LOMBARDUS, UNVOLLSTäNDIG
Nordfrankreich (Raum Paris), 13. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35406
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



62.

Constituit eum dominum domui suae et principem omnis possessionis suae. Et erudiuit principes eius sicut senes eius prudentiam docerent.

Et intrauit israel in egyptum et iacob accola fuit in terra cham.

Et fecit populum suum uehementer crescere et confortauit eum super inimicos eius.

Conuertit cor eorum ut odirent populum eius et dolum facerent in seruos eius.

Misit moysen seruum suum et aaron quem elegit ipsum.

Posuit in eis uerba signorum suorum et prodigiorum suorum in terra cham.

Misit tenebras et obscurauit et non exacerbauerunt sermones suos.

Conuertit aquas eorum in sanguinem et occidit pisces eorum.

Et dedit terram eorum ranas in penetralibus regum ipsorum.

Dixit et uenit cynomia et cynipes in omnibus finibus eorum.